

Quum itaq; sint quidam ἐριστικοὶ, φιλο-
 νικείας magis, quàm φιλαληθείας studio ca-
 pti, homines rixosi, & ex lite nati, qui
 φαινομένοις quibusdam usi vel concludunt
 Syllogisticè, vel non concludunt, cautè
 disputandum est & moderatè, id quod in-
 ter Alios, Beatus DN. D. Hoë Tract. de
 Disp. Theol. p. 99. seq. exquisitius docet;
 Juventusq; vel ab ipsâ adolescentiâ ita in-
 formanda, ut Strophas istas, quibus fucum
 faciunt, detegere nōrit.

Quocirca in Ejus gratiam furatus sum
 horas aliquot à gravioribus & concatena-
 tis laboribus, quibus abstrusiores quasdam
 Sophistarum offucias, ex celeberrimorum
 Virorum, quâ Theologorum, quâ Philo-
 sopherum, Scriptis insubidè quidem, pro-
 pter πολυαχολίας scholasticas, rogatus col-
 legi, easq; breviter hîc ab Amicis persuasus,
 in aprico quasi insolare constitui. Quem
 conatum nemo Bonus & Candidus impro-
 babit: Ophigenes & Pysillos, qui Theonino
 broncho omnia rodunt, carpunt, & verru-
 coso Diasyrptico notant, non curo. Rosa
 aranæ venenum suggerit, sed utilem
 mellificio materiam api.

Aë-